

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis  
Farrago**

**Melanchthon, Philipp**

**Basileae, 1565**

**VD16 -M3220**

Principi cuidam iuueni

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](#)

315

tura sit. Iterum uale. Salutem opto Casparo Crucigeru,  
cui & Iohachimi literas ostendito.

Principi cuidam iuueni. *Grile Landgravius.*

III, 54.

Illustrissime Princeps. Gratiam tibi habeo, quod  
ad me tam amanter scripsisti. Mihi enim nihil opta-  
tius est benevolentia mei Principis, cui præcipue et  
debeo & cupio omnia uite meæ consilia et omnes  
actiones probari. Tibi quoq; honestum est, et suffi-  
cere subditorum mores, & delectum habere, ut ui-  
tes eos quorum cōsuetudo tibi dedecori esse possit,  
ut in ueteri uersu dictum est:

Principis est uirtus maxima, nosse suos.

Erunti autem literæ apud me tuæ, tanquam bene-  
uolentiae erga me tuæ pignus. Ac uicissim omnibus  
ingenij neruis, & omni animi cōtentione perficiā,  
Deo uolente, ut bonis moribus & uirtute fauorem  
tuum & aliorum honestorū hominum tuar. Hor-  
tarer autem te ad literarum studia, et ad uirtutem,  
si mea ætas plus autoritatis haberet. Sed habes do-  
mesticos monitores tui officij. Primum autē ac præ-  
cipue patrem tuum, qui propter ingenij præstan-  
tiam ac sapientiam, autoritatem habet apud om-  
nes reges: & patrem ac uirum grauitate ac modera-  
tione animi præcipua præditum, Philippum Reite-  
sel: & preceptores tuos, quos pater tibi pro-  
pter prudentiam & fidem adiunxit. Hi sciunt,  
bonum

bonum principem & salutarem patriæ & Ecclesie, que est altera & uerior patria, imaginem Dei esse in terris. Econtra uero, malum principem, & perniciosum Ecclesie, & imaginem diaboli esse, grassantis in genus humanū horibili fœnitia. Maxime igitur opto, ut ita aliquando gubernes patriam, ut omnes boni te uelut imaginem Dei ament. Id autem ut consequaris, necesse est ut eruditione te insitias, et ad uitatem te exuscites ac assuefas. Et quoniam ad hæc opus est auxilio Dei: precor Deū, ut te seruet & regat, ut sis tibi ac uniuersæ Reipublicæ salutaris. Bene uale, illustrissime Princeps.

D. Friderico Myconio Philippus  
Melanchthon S. D.

III, 107.

Venerande domine Pastor. Scimus harum regionū urbes, hospitia esse Ecclesie Dei: ut erat uidua Sareptana domus, cùm Eliam exceptisset. Ideo secundis & aduersis rebus urbium, in his regionibus adfici nos decet. Ac in primis animaduertimus, ciuitatem Gotham eximia pietate souere Ecclesię & literas, & dulcem ibi concordiam esse gubernatorum Ecclesie & Senatus: multumq; prodeesse ceteris Thuringicis oppidis ad pietatem, & ad concordiam, exemplum Ecclesię Gothans. Quare et singularis benevolentia est nostra erga oppidum uestrum, & magno dolore nunc propter ciuiū detrimenta.